



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...**

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum  
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In  
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et  
Excessvs Amoris ...

**Rodt, Franz Joseph von**

**Campoduni, 1680**

Schin. Audierunt, quia ingemisco ego, & non est, qui consoletur me,  
omnes inimici mei audierunt malum meum; lætati sunt, quoniam tu  
fecisti. Adduxit diem consolationis, & fient similes mei. Thr. 1. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)

401.  
DISCURSUS XLVII.

Schin.

Omnes inimici mei, audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti. Ad-  
duxisti diem consolationis, &c. *Thren. 1. v. 21.*

DE ECCLESIA.

*Nunquam de Dei auxilio diffidendum, qui  
succurrit in casibus desperatis, & se ad ex-  
trema reservat, quando de omni humano  
auxilio desperatum est.*

1. **F**eris maris tempestati-  
bus jactati, inter extre-  
mas periculorum &  
mortis angustias, jam  
aliquam iterum spem concipi-  
unt, & quasi respirant, dum  
de longè terram & litus con-  
spiciunt. Inter medias tribu-  
lationum undas, mastritæ, &  
afflictionum procellas unà  
cum populo suo penè in pro-  
fundum desolationis, ac despe-  
rationis abyssum demersus Je-  
remias, hoc versu iterum quasi  
resumere animum cœpit, dum  
terram & litus à longè prospici-  
cit: *Adduxisti diem consolationis.*  
In præterito loquitur propheta,  
non quod liberatio populi, &  
consolatio, jam facta fuerit, vel  
jam præsens sit; sed sensus est,  
ut testatur Cornelius, *ad lucas*.  
Tamen in præterito loquitur,  
*adduxisti*, sicut & alii Prophetæ  
P. Franc. Josephi Op. IV.

sæpius, prophetizando, præ-  
terito utuntur pro futuro; cò  
quòd tam parum de eventu fu-  
turo dubitandum sit, ac si jam  
de facto fuisset impletus. Exul-  
tat ergo animo Propheta, dum  
mentis oculis, Chaldaicâ Mo-  
narchiâ per Persas & Medos  
subversâ, liberationem populi  
sui de longè (à septuaginta sci-  
licet, & novem annis) prævi-  
dit: *Adduces post 79. annos desola-  
tionis, diem consolationis.* Quæ hæc,  
populi Judaici liberatio, quan-  
tò diutiùs dilata, & quasi huma-  
nitus, desperata, tantò fuit plau-  
sibilior, ad exaltandam divinæ  
providentiæ magnificentiam,  
quæ subinde in afflictionibus  
tardat succurrere, ut cessate hu-  
mano auxilio, extremæ neces-  
sitati se reservans, majorem in  
se confidendi stimulum morta-  
libus addat, & nunquam de  
eius

*Navigans  
gaudet,  
de longè  
litus vi-  
dens.*

*Sic Jere-  
mia, libe-  
rationem.*

*Propheta  
præterito  
utuntur  
pro futuro*

*Cornelius  
hæc.*

E e e

ejus

ejus auxilio, etiam in casibus desperatissimis, diffidendum doceat.

II. Egressis ex Ægypto filiis Israël, jam versus mare rubrum tendentibus, pœnitentiâ ductus Pharaó, quôd eos dimisisset, indurato rursus contra Deum animo eos insequi statuit, assumptis sexcentis curribus, omnique populo, & ducibus exercitus sui. Castra tunc metati erant Israëlita super mare, & conclusi utrinque duorum montium angustiis, à tergo insequentem cernebant hostem, adeo ut nullus effugii locus pateret. Viso ergo hostili Pharaonis apparatu, & curruum jam imminentium accelerata rotatione, timore pene conciderunt Israëlita, & non tam clamantes ad dominum, quàm murmurantes contra Moysen dixerunt: *Forſitan non erant sepulchra in Ægypto, idèo tulisti nos, ut moremur in solitudine? Recede à nobis, ut serviamus Ægyptis.* Jam penitus de salute sua desperati, subicere rursus colla jugo Ægyptiaco decreverant. Sed animavit eos Moyses, spe in Deum fretus: *Nolite timere: scate,*

*Territi  
Israëlia  
insequen-  
te hoste.*

*Animan-  
sur à Moy-  
se.*

*Exod. 14.  
v. 13.*

*Apud Cor-  
nelium  
hic.*

*& videte magnalia domini, quæ facturus est hodie.*  
Josephus, à Moysè populum tumultuantem hac placatum, & animatum fuisse oratione scribit: *Deus vos in arctum hunc locum concludi voluit, ut hic suam in*

*vos curam, & potentiam ostenderet; Hic ergo locus magis vos ad spem excitare debet; Deus enim maximè adest in arduis, quando spei superest minimum.*

Pulcherrimū planè animandi populi motivum adduxit Moyses, dum divini auxilii indubitatam spem fecit, evanescente humano auxilio; hoc enim cum deficit, divinum certò succedit. Nam sicut migrante è loco aëre, Deus & natura non patiuntur vacuum, sed citius contra naturam corpora gravia ascendere, & levia descendere ad supplendum vacuum coguntur, sic etiam omni inani auxilii humani spe, quasi aëre evanescente, non tamen vacuum & desolatam Deus relinquit confidentem in se, sed potius, contra naturæ ordinem, gravia sursum, deorsum levia miraculosè movet, faciens Israëlitis in mari vias suas & semitas suas in aquis multis. Adeoque hinc maximè concludit Cornelius, *in arduis & arctis, constanter in Deum confidendum, hæc enim in se concepta confidentia summè Deo placet: Deus enim (ait præfatus expositor) Quia magnificus est, non vult spe nostrâ vinci. sed eam superare; Hinc, merita supplicum excedit & vota. Excedit planè Deus & vota, & opiniones, & spem, & naturalis cursus potentiam in casibus desperatis, & arduis, ibi supplens suâ bonitate*

*Quia De-  
us adest  
in arduis.*

*Quando  
spei consilii  
humana  
evanuit.*

*vacuum  
supplet  
Deus.*

*Cornelius  
hic.*

*Non se-  
quitur De-  
us vinci à  
nostra spe.*

te, & potentia, ubi spei humanae superest minimum. Nolite ergo timere: state & videte magnalia Dei, omni deficiente humano auxilio.

III. Sedebat afflictus in sterquilino patientissimus virorum, qui olim jucundus deambulabat in domo sua, solus & derelictus, qui olim venustissimis, & amantissimis stipatus erat filiis, eversa per turbinem domo jam oppressis. Qui copiosam nutrebat familiam, & tot millenas numerabat oves, & boves, & camelos, & servos, jam omnia ab hostibus direpta, & partim in cineres redacta plangit, nec semine quidem reliquiarum relicto, ex quibus in futurum sibi spes recuperanda pristinae opulentiae pullulare posset. Quin imò toto corpore in ulcus tabescente, nullum à dolore intactum remanebat membrum, nisi linguam, qua doloris sui, & afflictionis angustias deplorare posset, pleno malorum impetu se obrutum contestans, quasi rupto muro, & aperta januam irruerunt super me, & ad meas miseras devoluti sunt.

Job 30. v. 14. Contra spem Job. 19 v. 10.

Quis de ordinario rerum cursu ullam de recuperanda valetudine, & copiosa prolis successione, de divitiarum affluentia, spem facere patienti Propheta poterat? Fatetur ipse: *Destruxit me unda, ut, & pereo, & quasi evulsa arbori abstulit spem meam.* Si-

cut enim arbor evulsa, nec folia, nec fructus edere potest, sic & Job, tanquam truncus è terra eradicatus, & ab hominibus abjectus, nec divitiarum folia, nec posteritatis amplius fructus sperabat, abstulit spem meam; sed quando spei superest, minimum, Deus maxime adest. Nam contra omnem spem, & expectationem hominum Dominus benedixit novissimis Job magis, quam principio ejus, & facta sunt ei quatuordecim millia ovium, & sex millia camelorum, & mille juga bovum, & mille asinae. Et fuerunt ei septem filii, & tres filiae. In arduis ergo & arctis, in tribulationibus & miseriis insuperabilibus, humano loquendi modo, nolite timere, state, & videte magnalia Dei, uti in ipso patiente Propheta nobis demonstrata fuerunt.

Restituitur copiosus.

Job 42. v. 12.

Hac autem intelligenda docet Hugo Mystice de Ecclesia, quae cum Job deplorat: *Destruxit me undique, dum undique per bella vel externa, vel intestina destruntur, & devastantur Ecclesia, imò integræ ab Ecclesia evelluntur Provincia, & quasi evulsa arbori abstulit spem meam, de prole iterum suscitanda, & prosperitate recuperanda, ut Hugo glossatur.* Et moderno praesertim tempore, tanto impetu in Ecclesiam irruunt afflictiones, quasi muro rupto & aperta januam irruunt Ecclesia, (ut idem commentator

IV. Mystice de Ecclesia.

Hugo in Job. c. 19.

Evellitur, & destruitur.

Ecc 2

tor



*Murus Ecclesia.* tor explanat) dicitur munitio disciplina, qua dissipata hostis ingreditur; Item murus Ecclesie, sunt Doctores sacre Scripturæ; Item murus Ecclesie, virtutes anime, quibus dissipatis patet ingressus hostibus. Muri hi, & antemuralia utcumq; destru-

*Theen. 2. v. 8.* Sta sunt. Cogitavit Dominus dissipare murum filie Sion, tetendit funiculum suum, & non avertit manum suam a perditione; Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. Et quid mali ulterius hoc rupto muro expectare potest Ecclesia, nisi quod cum Job porro deploret: Et ad meas miseras devoluti sunt. Nempe reprobi, (exponit Hugo) qui devolvuntur ad Ecclesie miseras multiplicandas vel faciendas; Unde ad nihilum se redactam exclamat cum Job, & quasi urbi devastatae, aut arbori eradicatae ablatam spem esse conqueritur.

*Tamen adhuc sperandum*

*Cum Deus desperatis rebus succurrat.*

Sed nolite contemnere, cum senuerit mater nostra Ecclesia, nolite spem prolis, & multiplicationis, ac reparationis abjicere. Afflictus enim Ecclesie status magis nos ad spem excitare debet, (ut verbis Moysis Prophetæ utar) Deus enim maxime adest in arduis, quando spei superest minimum. Et si quidem novissimis Job magis benedixit, quam prioribus, multiplicando filios, & jumenta, ita etiam, Deus Ecclesie oves multiplicare, dilatate pascua, & excitare filios potest etiam de la-

pidibus, quando spei superest minimum. Desperatis enim rebus succurrit Deus, & ad extrema auxiliatricem manum suam reservat pericula.

In extremas angustias conjecerant castam Susannam duo illi adulteri senes, dum contra eam de commisso adulterio accusatam, concitaverunt plebem, ut lapidaretur, quæ flens suspexit ad celum, erat enim cor eius fiduciam habens in domino. *Nota hic, quod Deus sinat suos in arcta redigi, (ait Cornelius) ut discant in eum sperare, eumque invocare; In arctissimo suis maxime adest Deus, eisque vicinissimus est, ut succurrat. Quod imprimis in Susanna demonstrare voluit Deus, nam castissimam hac, & innocentissimam matronam jam ad mortem raptam, suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri junioris, cujus nomen Daniel, qui revocato ab executione populo redintegravit iudicium, falsorum testimonium detexit fallaciam, & innocentem a morte liberavit.*

Quod cum casta Susanna senes illi iudices, hoc cum Ecclesia Catholica egerunt hæretici, adulteram eam, & corruptam erroribus proclamantes, jam in tantas eam redegerunt angustias, ut contra eam multæ civitates, & populi, & Provinciæ, & regna insurrexerint, ad eam non tam denudandam, quam penitus delendam, lapidibus obru-

*Ecclesia instar Susanna ab hæreticis trahitur*

obruendam, & in propria ruina sepeliendam. In arctis utique, si unquam aliàs, modò consistit Ecclesia, sed cum Susanna castissima, in sua, erga sponsum suum, fidelitate, & in Deo suo habeat fiduciam, jam enim, cum maximè in arctis est, aderit illi Deus vicinissimus, ut succurrat.

In arctis  
aderit illi  
Deus.

Nunquid ad extrema quoque adducti erant filii Israël, quando cum forti exercitu contra eos egressus Holofernes arcta obsidione cinxit Bethuliam.

Bethulia  
in arctis  
posita.

Jam enim deficiente aqua de se actum esse conclamabant cives, exprobrantes summo Sacerdoti, quòd se in tantum conjecisset periculum: Factus est stertus &

Judith 7.  
v. 28.

ululatus magnus in Ecclesia ab omnibus, &c. Jamque desperata quasi res erat, si humano rem metiri ordine quis vellet. Sed ecce, dum jam in extremis jacebat Bethulia, jam quasi agonizans, suscitatur Deus generosam Judith, quæ non armis, sed venustate sua devictum capit Holofernem, eumque vino æquè ac somno oppressum obtruncat, exercitum Assyriorum occiso Duce dissipat, & patriam liberat. Ut nempe totus hinc discat orbis, non Deum fortibus, & proportionatis ad finem suum præfixum alligari mediis & instrumentis, sed amicis & servis succurrere se posse etiam in sexu fragili. Non enim

In manu  
famula li-  
beratur.

cecidit potens eorum à juvenibus, nec filii Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Judith filia Merari in specie faciei sue dissolvit eum. Tradidit enim Dominus hostem in manus femine, dum desperata erat armatorum virorum virtus, & expiraverat omne humanum auxilium, in arctis enim suis adest Deus.

Judith. 16  
v. 8.

Desperata, & lugubris rerum facies erat sub Regina Esther, quando impius Aman à Rege Assuero impetravit subsignationem facti à se decreti, ut

Esth. 3.  
v. 13.

occiderent, atque deleterent omnes Iudæos, à puero usque ad senem, parvulos, & mulieres uno die ... & bona eorum diriperent. Dum ergo in summo rerum periculo res Judæorum versaretur, orationibus ac jejuniis eorum placatus Deus, malum omne in auctoris vertit caput, ac suspensio Amano in patibulo, quod Mardocheo paraverat, non solum liberati à nece fuerunt Judæi, sed etiam Mardocheus in locum Amani succedens, anulum regium recepit, & occisis hostibus, & decem Amani filiis suspensis, respirare de miseris suis cœperunt Judæi. Et nunquid hæc mutatio dexteræ excelsi, quæ ad extrema se reservans pericula, desperatis succurrit rebus?

Ascendentem in naviculam Christum secuti sunt quoque discipuli ejus: Et ecce motus mag-

Math. 8.  
v. 24.



Dormit  
Christus  
in mari

Lyrannus

Glossa  
Interlin.

V. g. ad  
extremū  
periculū.

Navis Ec-  
clesia.

nus factus est in mari, ita ut navicu-  
la operiretur fluctibus, ipse verò dor-  
miebat. Quid periculosius ple-  
bi, dormitante rectore? Quid  
magis nocuum gregi, somno-  
lento pastore? Quid tam fata-  
le navigantibus, dormiente  
Navarcho? Ipse verò dormie-  
bat, qui primus invigilare de-  
bebat periclitantibus discipuli.  
In extremo jam versabantur  
submersionis periculo, cum,  
adhuc dormientem, excitant  
magistrum discipuli, de vita  
sua conclamantes: *Domine salva  
nos, perimus.* Dormientem se  
exhibuit Dei filius, qui tamen  
intensissimè discipulorum salu-  
ti invigilabat; dormitabat ta-  
men, ut discipuli in periculo positi  
ad ipsum recurrerent, ait Lyrannus.  
Et accesserunt ad eum discipuli eius,  
& suscitaverunt eum. Ad eò territi  
(uti Interlinearis testatur) ut  
non modeste irruerent, & suscitarent.  
Quamdiu enim humani auxilij  
spes supererat, ad Christum  
non recurrebant, sed hac de-  
ficiēte, cum desperata salus  
esset, etiam importunè ad Chri-  
stum suscitandum concurre-  
runt, & irruerunt; hic enim  
arctis & reservatur rebus, &  
ultimum, quasi dormiens, ex-  
pectat discrimen: Tum verò  
surgens, imperat ventis & ma-  
ri, & fit tranquillitas: Deus e-  
nim maximè adest in arduis,  
quando spei superest minimum.

Navicula fluctibus aperta, est Ec-

clesia militans, in persecutionibus  
posita, Christi verò dormitio, est di-  
vina permissio, ait glossa moralis:  
Ex oriente igitur motu maris,  
erigunt se homines, & ventis,  
qua possunt sollicitudine, ob-  
viant, procellas temone, ac re-  
mis frangunt, sed quando motu  
nimis ingravescente naviculam  
operiunt fluctus, ad Deum re-  
currunt, & orando quasi dor-  
mientem excitant Dominum,  
ut ipse desperatis rebus, quæ  
vires humanas excedunt, om-  
nipotentem suam applicet ma-  
num; *Domine salva nos, perimus.*

Si planè unquam sævæ in Ec-  
clesia tempestates exortæ, &  
jactata fuit magnis motibus na-  
vicula Christi, id revera nost-  
ris miserrimis contigit tempo-  
ribus, jamque sedandis tantis  
motibus, ac confusionum tur-  
bulentiis impares sunt omnes  
humanæ vires & industria, na-  
viculâ fluctibus pene opertâ;  
Quare ad potentem divinam  
manum recurrere nos urgere  
merito debet magnum rei dis-  
crimen, *Domine salva nos, perimus.*

Excitatus à discipulis domi-  
nus, non eos redarguit de fa-  
ctâ sibi in suscitando molestiâ,  
& importunitate, sed tantum  
de diffidentia; *Quid timidi estis,  
modicæ fidei? Quasi diceret (ex-  
ponit Lyrannus) non debetis time-  
re cum sim præsens vobiscum, quem  
vidistis tot miracula facere. Nec  
arbitramini, tam alto me op-  
pres-*

Glossa  
mor.

Magis  
temp. est

VII.

Non tam  
simus ti-  
midi.

pressum fomno, ut cor meum non pro vobis vigilet. Quare & nos omnem deponamus confidentiam, & eò majorem erga ipsum concipiamus fiduciam, quò majores in nos irruunt tempestates, & procellæ, vigilat enim, & invigilat nobis, licet dormire videatur, tantum pulsari, & excitari orationibus nostris expectans, paratus de cætero surgere, & imperare ventis, & mari.

*Excitemus Christum.* Excitemus igitur illum, ob-  
*Marci.* ruti tribulationum procellis, suscitemus eum in tantis Christianæ reipublicæ periculis: *v. 28.* *Domine salva nos perimus.* Adhuc nervosius discipulorum suorum excitantium fervorem exprimit S. Marcus, qui illi, excitando, objecerunt: *Magister non ad te pertinet, quia perimus?* Nunquid nos populus tuus, & oves pascuæ tuæ? Non ad te ergo pertinet, si pereamus? Nonne

*Domine non ad te pertinet?* hæc navicula, & Ecclesia tua est, quæ repletur fluctibus? Exurge igitur, impera ventis & mari, ut fiat tranquillitas, ne pereundo fiamus ludibrium, & scandalum nationibus, & infidelibus. *Psal. 113.* *Ne quando dicant gentes, v. 20.* *ubi est Deus eorum?* Ne gentes objiciant nobis dormientem, & nostra non curantem, nos habere Deum. *Iosue. 7.* *Et quid facies magno v. 9.* *nomini tuo?* Itaque: *exurge, quare obdormis Domine? Et ne repellas*

*Psal. 43.* *in finem.* Impera ventis & ma-

ri, impera tribulationibus & angustiis in casibus pene desperatis, *Et scient, quia manus tua hæc, & tu Domine fecisti ea.* *Psal. 108.* *Si quis v. 29.* Rex de hoste obtineat victoriam, mox hæc ascribitur vel potenti Regis exercitui, aut ducis industriæ, generositati, ac fortitudini, mox gloriari tales incipiunt, & suæ virtuti ascribere victoriam. *Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.* *Deutr. 32.* *v. 27.* Unde Deus tamdiu tardare sæpenumero solet, & quasi dormire, donec ad talem statum, & discrimen res deveniat, cui manus humana succurrere amplius non valeat: Ne homines sibi ascribere gloriam possint, sed soli Deo; *Et scient, quia manus tua hæc, & tu Domine fecisti ea.*

Ad tantas etiam angustias **VIII.** Orientale Imperium reduci permiserat Deus, extremis Phocæ Imperatoris temporibus, Dum Chosroas Persarum Rex, *Breviariū Rom. 14 Sept.* Ægypto & Africâ occupatâ, ac Jerosolymâ, captâ, multisque ibi casis Christianorum millibus, Christi Domini Crucem, quam Helena in monte Calvaria collocarat, in Persidem abstulit. Itaque Heraclius, Phocæ successor, cum multis belli calamitatibus affectus, pacem à Chosroa victoriis insolente, ne iniquis quidem conditionibus impetrare, bellum autem contra hostem tam potentem prosequi

*Heraclius sperans in Deo.*



sequi diffideret, in summo hoc discrimine pius Imperator, desperato humano auxilio, à Deo opem, jejuniis & orationibus supples postulavit, ac impetravit. Deus enim maximè adest in arduis, quando spei superest minimum, cujus monitu & auxilio, comparavit Heraclius exercitum, signa cum hoste contulit, ac tres duces Chosroæ cum tribus exercitibus superavit. Noluit prius labentibus reb<sup>us</sup> Heraclij succurrere Deus, donec ad ultimum adducerentur discrimen, ne gloriari cum suis ducebus Imperator posset: *Manus nostra excelsa, & non dominus fecit hæc omnia.* Sed tandiu exurgere, & succurrere Deus distulit, donec ex desperato rerum statu palpabiliter agnoscerent, & scirent, *quia manus tua hæc, & tu Domine fecisti eam.*

*Ut sint mundus, quod non nostra manus fecit, & com-  
nia.*

*Domus Austria-  
& vi-  
a-*

raculum, ut totus agnoscat orbis, non manus nostras excelsas, sed dominum fecisse hæc omnia.

Cùm igitur hodièque tot, tantisque tempestatibus concutiat hæc Augustissima Domus, totumque Romanum Imperium, & ipsa cum illo Ecclesia Romana, non in humani brachii aut manûs fortitudine, sed in miraculosa Dei omnipotentis manu confidere debemus, quæ necdum abbreviata est, & sæpe infirmissima eligit media, ut fortia quæque confundat. Quid infirmius, quid fragilius araneæ telis? Et tamen Deus eas pro muro dedit S. Falci-  
lano presbytero: hic enim f. cto in ipsum gentilium licetorum impetu, fugiens, in duorum parietum angusto intervallo se occultavit; qui aditus cùm re-  
pentè aranearum telis pertextus visus esset, nemini recentis latebræ suspicionem reliquit.

*Et aërio cessit vis ferrea  
fil,*

ait S. Paulinus, Natali S. S. Falcis, qui & appositè concludit:

*Sic ubi Christus adest nobis, & ar-  
anea muro est;*

*Ast cum Christus abest, & murus  
aranea fit.*

Ubi divinum deest præsidium, munitissima urbium moenia, & aggeres non plusquam aranearum tela hostibus intercludunt aditum,

Breviarib  
14. Jan.

Falci  
presbyte-  
ro.

Aranea  
tela pro  
muro.

aditum, & omne robur exerci-  
cius, velut aranea meditabitur.  
Ast ubi Deus adest, etiam ara-  
nearum telæ, pro muro suffi-  
cient; securior enim est, muni-  
tus aranea telis præsentia Deo,  
quàm hoc absente, fortissimis  
circumvallatus muris, infirma  
quippe eligit Deus, ad ostend-  
endum præsentia suæ poten-  
tiam, qua fideles suos in despe-  
ratis etiam casibus defendit.

in cor maris, sonent & turben-  
tur aquæ, conturbentur mon-  
tes, potentes omnes hujus sæ-  
culi, & potestates tenebrarum,  
tamen si Dominus virtutum  
nobiscum, non timebimus.

Quia Deus in medio eius (sci-  
licet Ecclesiæ) non commo-  
vebitur. Si Deus pro nobis,  
quis contra nos?

Neque enim est alius extra te, &  
non est sortis, sicut Deus noster. Li-  
cet enim ad tempus nos defe-

re, & dormire, videatur  
Deus, licet nos sinat mergi,  
non tamen patietur submer-  
gi, sed desperatis & arduis  
aderit rebus. Dominus mortifi-

cat, & vivificat, deducit ad inferos  
& reducit. Dominus pauperem sa-  
ciat, & ditat, humiliat & sublevat;  
suscitat de pulvere egenum, & de  
stercore elevat pauperem. Domini  
enim sunt cardines terræ.

Cum ergo nec de bonitate,  
nec de potentia Dei nostri du-  
bitandum nobis sit, non de-  
spondeamus animum, quan-  
tumvis grandes, & potentes in-  
nos irruant tribulationum pro-  
cellæ, imò quò majores sunt,  
quæ omnem humanarum viriū  
excedunt potentiam, eò fortius  
speremus, non vult spe nostrâ  
vinci, sed superare: adest enim  
in arduis Deus, & ubi huma-  
na deficiunt vires, divina suc-  
cedit virtus, ut mundo inno-  
tescat, quia non manus nostra  
excelsa, sed Deus fecit hæc  
omnia

IX. Magna subditis tribulatione  
oppressis est consolatio, si no-  
verint, se bonum, & potentem  
habere dominum ac protecto-  
rem; sed magna vicissim deso-  
latio, si quis noverit se malevo-  
lum, & sibi defendendo impa-  
rem habere Dominum. Si in  
manu hominum refugium, &  
protectionem nostram ponere-  
mus, exigua nobis superesset  
spes in tanto rerum discrimine:

M. 17. v. 1 Sed quoniam Dominus firmamen-  
tum meum & refugium meum & libe-  
rator meus, & sperabo in eū, meritò  
de hoc protectore & liberato-  
re nostro consolationem concipere  
possumus. Uti enim  
de ejus succurrendi voluntate,  
sic nec de potestate dubitare  
convenit: Ipse enim est refu-  
gium nostrum & virtus, adiutor in  
tribulationibus, quæ invenerunt nos  
nimis. Licet nimis nos obru-  
ant tempestatum procellæ, quia  
tamen Dominus virtutum nobiscum,  
propterea non timebimus, turbetur  
terra, transferantur montes  
P. Franc. Josephi Op. IV,

Potentia  
Dominii

M. 45. v. 1  
Facit ani-  
mum ser-  
vum.

Hug. Card  
hic.

1. Reg. 2.  
v. 2.

Non est  
fortis sicut  
Deus no-  
ster.

Nec de bo-  
nitate, nec  
de poten-  
tia dubi-  
tandum.

FFF



*Ergo sta-  
te*

*Et videtis  
magna  
magnalia Dei.*

omnia. In arctis itaque & arduis positi sive tribulationum, sive tentationum, cum Moyse confidite, & clamate ad Dominum. Nolite timere, state & videbitis magnalia Dei. Cum patientissimo Job, omnibus orbi bonis, & amicis, nolite perdere animum, potens est Deus benedicere novissimis nostris, magis, quam principio. In angustiis extremis, cum casta Susanna, generosa Judith, humili Esther, fiduciam habeamus in Domino. Si undique & tribulationum, & bellorum procellæ spumantes operiant nos, naviculamque Petri, Ecclesiam, non desperemus de Dei auxilio, tanquam à nobis recesserit Deus, dormit enim in puppi, dissimulat, ex-

pectat suscitantes, ut exurgens desperatis rebus succurrat, & imperet ventis & mari.

Tu igitur, O JESU potentissime, qui imperasti ventis & mari, exurge, exurge in adjutorium nostrum, impera ventis, & turbulentis animorum commotionibus, seda cruentos bellorum fluctus, redde tranquillitatem ac pacem Ecclesie; oremus cū sancta matre Ecclesia: Deus qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere; da nobis salutem mentis, & corporis, ut ea, qua pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Qui vivis & regnas in secula seculorum, Amen.



DISCURS

DISCVRSVS XLVIII.

Schin.

Adduxisti diem consolationis, & fient similes mei. *Thren. I. v. 21.*

DE ANIMA.

*Pœnitentia, & Confessio Sacramentalis, praesertim si frequens sit, roborat animam, & debilitat inimicos, passiones, & malas consuetudines eius, quibus capta fuerat.*

1. **M**agnam quondam Mardocheo, sub Rege Assuero <sup>vt liberentur Iudaei.</sup> erant capientes, qui se ceperant, & subjecerant exactores suos, tam Babylonios, quam Persas.

II. 14. v. 2. **M**agnam quondam Isaias Propheta Israelitis annuntiaverat consolationem, de futura eorum post excidium Babylonis, liberationem: *Et erunt capientes, qui se ceperant, & subicient exactores suos.* <sup>vt liberentur Iudaei.</sup>

Chaldaica Monarchia subvertitur **Q**uibus verbis Isaias, idem insinuare voluit, quod hic Ieremias: *Adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.* Diem scilicet, quo per Persas & Medos Chaldaica Monarchia destruetur, ad liberandum à captivitate populum, & tunc hostes, Chaldei, & Babylonii *fient similes mei*, in captivitate, vastitate, & miseriis: Tunc enim Judaei, dominante maximè Daniele sub Dario, & Esther Reginâ cum

Moraliter, in captivitatem trahitur anima peccatrix ab Assyriis, Ægyptiis & Chaldæis: *Ægypto manum dedimus & Assyriis,* <sup>Thren. 5. v. 5.</sup> per quos, ipsi Expositores, malignos spiritus intelligunt, quibus se captivam offert, & victas manus sponte subicit peccatrix anima, cui diem consolationis, post perpeffas diabolici jugi & captivitatis angustias, adducit divina gratia, dum per pœnitentiam, & sacramentalem maximè confessionem à servitute diabolica liberatur anima, & tunc exultans

*Anima pœnitens*

Fff 2 adve-

*Liberatur advenisse gaudet diem consolatio-  
à suis ho-  
stibus,*

quo inimici infernales, & malignæ passiones ( quorum captivitate detinebatur ) sicut similes illi, debilitata scilicet, vi etæ & captiva, dum anima pœnitens erit capiens, qui se ceperant, & subjiciet exactores suos, jam non Pusillanimis, & infirma, sed generosa, & fortis; pœnitentia enim, & Confessio sacramentalis præsertim frequens roborat hominem contra inimicos & debilitat passiones, & malas consuetudines suas, à quibus prius fuerat captus.

## II.

*S. Bonav.  
serm. 5.  
Rogat.*

Inter alios salubres Sacramenti Pœnitentiæ effectus, etiam hunc ponit Doctor Seraphicus, quod in bono adjuvatur: Primò in oratione ad impetrandū, 2. In operatione ad fructificandum, 3. In tentatione ad triumphum, ut scilicet per pœnitentiam non tantum hostibus similes, sed etiam superiores viribus effecti, subjiciamus exactores nostros. Civitatem Hai expugnaturus Josue, tria millia virorum cum hoste dimicaturus emisit, sed incolæ urbis Hai eruptione facta in fugam verterunt Hebræos, multisque ex suis desideratis hi in castra reversi sunt. Magnum infelix hoc certamen populo timorem injecit, & ipse Josue cum senioribus Israël coram Arca Dei in terram prostratus, & acceptam cladem

*Pœnitentia adiu-  
vat, &  
confortat.*

deplorans, divinum imploravit subsidium. Cui Dominus: *Iosue, surge, cur jaces pronus in terra? v. 9.* Hoc est ( uti eruditissimus Tostatus exponit ) *surge, non jaceas in pulvere, quia hoc non prodest; sed magis surge ad ulciscendam injuriam factam Deo.*

Hai ( teste Hugone ) interpretatur Chaos, & significat luxuriam, quæ est caput omnis confusio- nis, ubi, quot sunt habitatores, tot sunt intentores libidinis, primi motus, cogitationes & huiusmodi. Difficilis & periculosa cum hoc hoste pugna est, etiam generosissimos heroes, & servos Dei, Davidem, & alios per insidias superavit, & prostravit. Unde talis victus, de viribus suis merito diffidens, cum Josue in terram prosternitur, ac divinam gemens implorat opem. Accepta quidem Deo est hæc supplex peccatorum prostratio, interim tamen non eos vult ita imbelles, & timidos jacere, sed hortatur ad surgendum, & addit vires & animum. *Surge: non jaceas in pulvere; quia hoc non prodest; sed magis surge ad ulciscendam injuriam factam Deo; Dei munus præsidio hostes aggredere animosè, atque detecto & ejecto per sacramentalem confessionem Achan, ac per contritionem lapidato, igneque amoris, pallio, reliquisque Jerichuntinis spoliis ac peccatorum reliquiis consumptis, no-*

vum

tesue.  
v. 9.

Alph. To-  
staus hic  
c. 7. q. 19.

Hugo in  
Iosue c.  
8. v. 4.

Hai Chæ-  
os inter-  
pretatur.

Significat  
mundum  
& vitia.

vum resume animum, ad capi-  
endos, & vincendos eos, qui  
te ceperant, & vicerant. Ne  
timeas, neque formides; tolle tecum  
omnem multitudinem pugnatorum,  
omnes animi vires collige, &  
divinae gratiae auxiliariis  
copiis conjunge, & confurgens  
ascende in oppidum Hai, con-  
tra vitia, vel mundum, ut Hu-  
go glossatur.

recordatione & confessione  
diabolum, de victoria jam tri-  
pudiantem expugnat. Sic er-  
go anima poenitens capit eos,  
qui se ceperant, & subjicit  
exactores suos, eò firmiùs post-  
hac perstitura, quò incautiùs an-  
tea fuerat prostrata. Hinc di-  
vius Gregorius: *Fustorum certè  
casus, quodammodo status eorum est,  
quia aliquando permittuntur cadere,  
ut semper valeant fortiùs stare; Per-  
mittuntur, ut in malis corruant, ne  
summa virtutum dona per elationem  
perdant. Nullus igitur per ca-  
sum desperet, sed generosiùs  
ad pugnandum surgat.*

S. Greg I.  
6. c. 2. in  
lib 1 Reg.  
15.

III. Notandum verò maximè est,  
quod cives Hai victorià elatos  
singulari stratagemate devicit  
Josue: Nam collocatis copiis  
in insidiis, ipse simulatà rursus  
fugà, terga vertit, quare hosti-  
bus fugientium terga velociùs-  
simè insequentibus levavit cly-  
peum Josue, tum verò surgen-  
tes ex insidiis Israelitæ, non  
tantùm insequentium tergis in-  
hæserunt, sed etiam pergentes ad  
civitatem ceperunt, & succenderunt  
eam; hostibus etiam undique  
circumvallatis, & ad interne-  
cionem deleris, ut ne nunciis  
quidem cladis superesset. Ad  
vertit hîc Cardinalis à S. Caro,  
Hai capitur ab illi, qui post tergum  
sunt; Quia peccati recordatio cum  
exprobratione, maximè diabolum  
expugnat. Dum enim Josue, id  
est, ratio, acceptæ priùs cladis  
memor, fugam capit, & occa-  
siones priores, societates, ac  
consuetudines declinat, tum  
voluntas ardenti dolore, &  
proposito, tergis hostium insi-  
stit, & dolorosâ peccatorum

In fugam  
veris non  
desperant.

Hug. Card  
hic.

Fustorum  
casus eo-  
rum sta-  
tus est.

Ligatus à Judæis Samson  
duobus novis funibus, capti-  
vus, licet non invitus, ductus  
est, Philistæorum manibus tra-  
dendus. Occurrentibus ergo  
Philistæis, & jam de præda ex-  
ultantibus, irruit spiritus Domini  
in eum, & sicut solent ad odorem ig-  
nis ligna consumi, ita vincula, qui-  
bus ligatus erat, dissipata sunt, &  
soluta. Rursus ab hostibus in  
urbe Gaza obsessus Samson, po-  
sit in porta civitatis custodi-  
bus, non tamen animum de-  
spondit, sed ad medium noctis con-  
surgens, apprehendit ambas porta-  
fores, cum postibus suis, & serâ, por-  
tavit ad verticem montis. Expo-  
nunt hæc quidem Doctores in  
sensu mystico de Christo, qui  
portas, & vincula mortis, &  
infernî dirupit, sed non mi-  
nus hæc moraliter de anima poe-  
nitente

Samson

rumpit  
funes.

Iud. 15. v.  
14.

Iud. 16.  
v. 3.

Et portas.

Fff 3

nitente exponi possunt, quæ peccatorum vinculis ligata, animam despondere non debet, sed irruente in eam spiritu Domini cum regio Propheta exclamare: *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis iugum ipsorum.* Eadem etiam, jam quasi ab hostibus conclusa, nondum se captivam dedat, sed conterat portas areas, & vectes ferreos confringat, id est, diabolicas suggestiones, aut naturalem cupidinem, exponit Interlinearis. Vel, uti Ordinaria explicat, *Portæ areae, hominum, consuetudines vitiosæ, quæ clausos non sinunt exire. Vectes, spiritus immundi qui portas obserant; vectes ferreos, pro fortitudine ponit, sed virtus Dei frangit, & diem consolationis, ac liberationis adducit.*

## IV.

Integros adhuc tenebat capillos suos Samson, dum vincula hostium dirupit, & portas ferreas; posthæc autem Dalila suæ blanditiis superatus, dum in ejus sinu dormiens recumbit, vocatis tonsoribus rasi septem crines eius, quo facto ab eo fortitudo recessit. Ignarus igitur Samson recessisse à se Dominum, & cum Domino fortitudinem suam, cum de more hostium conatus, ac vincula deludere vellet, ab illis apprehensus est, cui statim eruerunt oculos, & duxerunt in Gazam vinculum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Moraliter (ait

Lyranus) *Samson Nazareus, est homo per baptismum domino consecratus; Dalila, quæ situla interpretatur, est sensualitas, per quam voluptas carnis, quasi per situlam hauritur. Per hanc Samson decipitur, quia per sensualitatem homo aliquando à gratia in baptismo recepta, deicitur; septem criminibus denudatur, quia septem donis Spiritus sancti spoliatur. Oculis privatur per mentis excoriationem, carcere clauditur per obstinationem.*

Sed neque sic cum Samson desperet anima peccatrix, sed cum illo, (cum capilli renasci cœperint) auxilium divinum imploret, *Domine Deus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis.* Quare apprehensus ambabas columnis, quibus innitebatur domus, & concussis, cecidit domus super omnes Principes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat, multoq; plures interfecit moriens, quam antè vivus occiderat. Pari modo rasi animæ peccatricis capilli incipiunt recrescere, quando divina facti respectu incipit pœnitere, atque divina assistente gratia de hostibus ulcisci: *Quæ moriens triumphat de hostibus, quando moriendo peccato, triumphat de demonibus.* Dum ergo animæ peccatrices malorum desideriorum structuram destruendo, ad Deum se fervidâ voluntate convertunt, illud Prophætæ regii in illis impletur:

Sic & pœ  
nu. ns.

Pf. 2. v. 3.

Pfal. 106  
v. 6.

Glossa  
Interl.

Ordin.

Judic 16.  
v. 19.  
Amis  
capillis  
Samson  
ligatus.

Lyranus  
h.c.

Sic homo  
amissa  
gratia  
Dei.

Cum Sam  
sone im  
pletur est  
Dei.

Et ulc  
scatur de  
hostibus.

Lyranus  
cit.

Mal. 15. pletur: Mirificavit omnes voluntates meas in eis; multiplicatae sunt infirmitates eorum; id est, (ait Moral.) peccata, quae sunt infirmitates animae, postea acceleraverunt, ad currendū per fidem, ad Christū, tantō tenacius Christo impostērū adhaesuri, quantō longius ab eo fuerant averſi, & tanto ardentius contra malignos hostes dimicaturi, quantō turpius ab iis fuerant prostrati. Persequar inimicos meos, & comprēbendam illos, & non convertar, donec deficiant: confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.

Varia est bellantium fortuna, nec ita prosperē res geri possunt, quin subinde adversa fors eveniat, & etiam victoris caput tela feriant, quae animum tamen generosum frangere non debent: Uti etiam David ducem suum Joabum, accepto Uria occisi nuncio animaverat: Non te frangat ista res: varius enim eventus est belli. Non minū in bello & conflictu spiritali, varius est eventus, nec semper secundā pugnatur fortunā, subinde etiam victricem manum contingit succumbere, hisce adversis eventibus non frangi debet generosus animus, sed ardentius in hostem insurgere, illius exemplo, quem abducit Virgilius,

*Sic & in pugna spū rituali.*  
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitāt irae.  
Sic fideles Athletae acceptā su-

binde ab hoste plagā vulnerati, non despondeant, non frangantur animis, sed acriores ad pugnam redeuntēs, vim suscitent irā.

Sic David turpiter ab hoste prostratus, non tamen se illi tributarium fecit, sed poenitentiae armis debellare hostem aggressus, ulcisci injuriam non cessavit. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. In quā egregiē divus Basilius: Per oculos contra iaculatus est, & lacrymis diabolum convulneravit. Vidisti virum optimum sauciatum, nec acceptā plagā quicquam de strenuitate remittentem? Vidisti derepentē succumbentem, & subitō emergentem?

Pari generositate in hostem victorem exarsit Apostolorum Princeps, trinā negatione percussus, sed trinā postea confessione se generosē ultus. Multiplicatae sunt infirmitates ejus, sed postea acceleravit, dum foras egressus non tantū flevit amare, sed etiam apparenti sibi post gloriosam Resurrectionem Salvatori ter animosē contestatus: Domine tu scis, quia amo te. Vide quantō melior factus est, & moderatior, (ait S. Chrysostomus) non amplius temerē perstat in sententiā; & cautior, & ardentior effectus. Nunquam Petrus tam cautē, & dextrē trina in hostem amoris tela vibrasset, nisi prius incautus trino negationis ictu fuisset vulneratus.

Sic

David prostratus generosē surrexit.

Plal. 118. v. 136. S. Basilius orat. 17.

Sic & Petrus.

Ioan. 21. v. 16.

S. Chryf. hom 87. in Ioan.

Et alij peccatores poenitentes.



Sic Petri exemplo Augustinus sic Magdalena, sic Pelagia, sic Maria Aegyptiaca, sic Wilhelmus Aquitaniae Dux, aliiq; innumeri sancti casibus, & vulneribus ad illatam Deo injuriam vindicandam excitati, acrius bellum redintegrarunt, & postea ita acceleraverunt, ut plurimos in Ecclesia Sanctos, virtute, ac vita rigore & sanctitate antecellerent, omnibus peccatoribus ad Deum convertendis exemplo, & terrori hostibus taretis facti.

VI.

Ad debellandum hostem non tam viribus, & generositate, quam sedula vigilantia, & circumspicione opus est: Hinc hoste moenia urbis, aut aggerem violenta manu conscensuro, mox vigiles ad arma conclamando praesidiarios excitant, concurrunt ad arma, telis, gladiis, ac hastis murum scandentes djiciuntur inimici, ac etiam subinde aqua fervens & calida pro lixivio hostium capitibus affunditur. Haud secus si hostes maligni cor hominis occupare attentant, aut jam ipsos muros occuparunt, & antemuralia, externos scilicet sensus, & motus sensuales, tunc ad arma conclamandum. Et quidem (uti Seraphicus meusasserit) Est poenitentia sicut clamor contra fures, sicut arma contra hostes. Et quidem clamor est contra fures, & furtivo pede ir-

rumpentes hostes malignos, quantum ad Confessionem: Nam sicut ad clamorem fugiunt fures, sic poenitentia clamosa confessio, vel oratio fugat demones, qui intempe-

Quo pro  
dicitur mi-  
micu,

sta quasi nocte, & furtivis armis castrum animae aggredi conantur, & occupare. Nihil hoc clamore, & confessione peccatorum, hosti formidolosius, qua omnes ejus deteguntur maligna consilia, & insidia. Terenderat Rex Syriae in certo loco insidias Israelitis, sed a Propheta Elisaeo Rex Israel admonitus praecipit locum, & sic elusis, ac detectis insidiis conturbatus Rex Syriae, proditorem se inter duces suos habere suspicabatur. Sed ab uno sibi astantium procerum didicit, quod Elisaeus Propheta, 4. Reg. 6. qui est in Israel, indicat Regi Israel v. 12. omnia verba, quae locutus fueris in conclavi tuo, sicut igitur per Elisaeum omnes hostium conatus irriti facti sunt, ex consilio, & insidiarum detectione, sic per Confessionem, in qua maligni hostis consilia, ac tentationes deteguntur, omnes illorum conatus irritantur, & sicut per clamorem fures, sic per Confessionem maligni hostes fugantur. Unde (ait ulterius S. Bonaventura) in figura huius Confessionis dicitur. 1. Mach. 4. Quod timore Juda, qui interpretatur Confessio, repulsi sunt inimici.

1. Co  
10 v  
1. Co  
9. v.

S. R.  
cie.

Co  
ro  
ca

Confessio  
est sicut  
clamor.

S. Bonav.  
Dicitur.

Confessio

Est insuper (pergit Seraphicus)

*Satisfactio.* *Artra hostis,* maxime quantum ad satisfactionem, nam satisfactio penitentis, sicut jejunium, & elemosinas sunt quedam penitentis arma. Nam dicit apostolus: *Arma militie nostrae non sunt carnalia, sed (supple) carnem macerantia.* Hae armagenerose vibravit in hostile tergum Apostolus; Sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitutum red: go.

*S. Bonav. cit.* Denique est penitentia sicut aqua calida contra canes, & maxime quantum ad contritionem. Sicut enim cum aqua calida canis eicitur de coquina, sic cum aqua lacrymarum ferventium eicitur diabolus, & peccatum de anima. Tenacem gerunt canes de culina impressionem, in qua semel ferventi aqua balneati vix exusta & calva pilis pelle, redierunt, nec minus demones, canes & Cerberi illi infernales calida semel contritionis aqua exusti verentur ad talem ulterius accedere culinam.

*VII.* Unde ad terrorem demonum, hac aqua calida semper anima debet esse instructa, armis satisfactionis semper accincta, & ad clamorem confessionis semper parata: *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam in confessione contra inimicum.* Nec frustra nos hortatur Psaltes regius: *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi* P. Franc. Iosephi Op. IV.

omnes; In quo commendatur frequentia confessionis, glossatur Hugo hic Carensis: Maxime enim ex hac vires contra infernales hostes accipit. Ex voluntate mea confitebor illi, ait Psalmista, & statim subjungit: *Dominus fortitudo plebis suae.* Ac si aperte diceret, ex voluntaria confessione recipitur (scilicet fortitudo) ait Seraaphicus, qui insuper addit: *Per confessionem adiuvamur utique in tentatione ad triumphum.*

Cum ergo Penitentia lacrymae, satisfactionis arma, ac Confessionis clamor maxime ad debellandum malignum hostem nos adjuvent, mirum non est totis viribus ab hoste impugnari hoc satisfactionis armarium, confessionis tubam obtundi, & influxum, atque canalem lacrymosa contritionis, ac gratia sacramentalis abscindi.

Subigenda Civitati Bethuliae malignum Holoferni submittrarunt consilium Ammonitae, & Moabita, ponendos scilicet custodes fontibus, & intercidendos aquae ductus, sic sine gladio ad deditionem cogendos fore Hebraeos. Eodem stratagemate fideles oppugnare, & expugnare nititur Holofernes tartareus cum suis Ammonitis & Moabitis, intercidendo scilicet aquae ductum. Quod bene considerat Lyranus: *Per fontem (inquiens) qui influebat aqua ductum in Bethulia.* Ggg

Hugo hic Carensis: Maxime enim ex hac vires contra infernales hostes accipit. Ex voluntate mea confitebor illi, ait Psalmista, & statim subjungit: Dominus fortitudo plebis suae. Ac si aperte diceret, ex voluntaria confessione recipitur (scilicet fortitudo) ait Seraaphicus, qui insuper addit: Per confessionem adiuvamur utique in tentatione ad triumphum.

Hanc impedire demones quarunt.

Holofernes aqua ductum intercidit ludith. 7. v. 9.

Lyranus hic.

Fons est Christus, signi-

ficatur Christus, qui fons est gratiæ, à quo aquæ ductus gratiæ (maximè autem gratiæ sacramentalis) fluit in Ecclesia. Hunc autem fontem diabolus non potest tangere, sed gratiæ fluxum, prout recipitur in hominibus, frequenter intercudit per peccatum mortale; Et non tantum per peccatum, sed maximè per negligentem incuriam, & omissionis intercissionem. Si enim frequentia Sacramentorum negligatur, etiam influxus gratiæ sacramentalis (qua maximè anima ad resistendum vitiis confortatur) absconditur; & sic successivè deficientibus viribus, & influxu gratiæ, ad deditioem cogitur anima. Quare summo opere ad conservandum hunc aquæ ductum invigilet Anima Christiana, non ad recreandam tantum, sed etiam ad lavandam animam. Per hunc enim aquæ ductum nobis ex sanguine suo præparatum, non tantum fontis, sed etiam balnei nobis utilitatem contulit.

VIII. Piscinam probaticam commemorat fuisse Jerosolymis Evangelista, quæ cognominatur hebraicè Bethesda, quinquè porticus habens: In hanc post aquæ ab Angelo factam commotionem primus descendens, sanabatur à quacunquè detinebatur infirmitate. *Piscina* (teste meo Doctore Seraphico) est *penitentia*, qua lavamur à sordibus peccatorum.

S. Bonav.  
serm. 2.  
Dom. 4.  
Pent.

*Piscina  
probatica*

.. Quinquè porticus, sunt quinquè sensus, in quibus jacet, per carnalia desideria, multitudo languentium in mala consuetudine. O quam miseri hi infirmi homines morbis & infirmitatibus variis oppressi! O paralytici pigritiâ, cæci per sui ignorantiam, inflati per superbiam, hydropici per avaritiam, febricitantes per luxuriam, phrænetici per iram, apopleptici per gulam, hæctici per invidiam, &c. Sed non desperent hi, à quacunquè detineantur infirmitate, sola hæc pœnitentiæ piscina curandis omnibus his malis, & infirmitatibus sufficit.

Sed non sufficit hanc piscinam solam attingere, sed in ea lavari, & non tantum una vice: Nam sicut æger in medicinale balneum se conferens, vix prima & secunda vice sordes abluet, nec balnei adhuc efficacem sentiet virtutem, sic in pœnitentiæ piscinam se immitens, sordes quidem abluet peccatorum, ut tamen humorum refrigerationem, membrorum contracturam, tumorem, & alias indispositiones longa consuetudine contractas curare possit, frequentiori opus est piscinæ balneo. Hinc Naaman Leproso, non tantum lotionem in Jordane præcepit Elisæus, sed iteratam lotionem: *Vade & lava te septies in Jordane.* Sic etiam peccatorum consuetudine

*Est pœnitentia.*

*Non est tantum ad lavandum, sed ad confortandum.*

4. Reg.  
5. v. 10.

Naaman  
septies la-  
vavit se  
in rivis de  
Euphrate.

tudine infirmatus, non una tantum vice, sed septies in anno se lavet, necesse est; sic successivè noxiis humoribus consumptis nervi confortabuntur, paulatim pedibus insistere, per aliquos passus & dies, sine lapsu progredi, & demum, resumptis totaliter viribus, currendo poterit accelerare, & hostilibus viribus jam non impar & insufficientis, inimicorum non amplius pavebit incurfus: multiplicata sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt, gratiâ sacramentali contra malas consuetudines confortati.

Sic igitur roborati, ad ultiscendam injuriam factam Deo se erigant, & vertentes terga, per peccati recordationem, civitatem Hai, mundana, & carnalia sua desideria expugnent;

amissis licet capillis divina gratiâ non desperent, sed iis per Dei misericordiam succrescentibus, divinum implorent auxilium, ad vincula, & portas æreas peccatorum confringendas; Post lapsum acriores ad pugnam redeant, & vim fuscitent iræ per arma pœnitentiæ, quæ ad subjiciendos exactores suos, & capiendos eos, qui se ceperant, adjuvant, & fient similes mei. His itaque armis instructos gratiâ sua adjuvabit Deus ad triumphum, & post lugubres clades & lapsus adducet diem consolationis, & liberationis, quo ex Babylonica demonum captivitate egressuri, in cœlestem revertentur Jerusalem, ibi perfecta libertate, ac quiete fruituri per sæcula, Amen.

## DISCURSUS XLIX.

Schin.

Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti. *Thr. 1. v. 21.*

### DE ECCLESIA.

*Dolet Ecclesia, quòd fideles tam parum sibi invicem compatiantur, & supportent.*

1.  
Vulturum  
olfactus.

**O**Doratum intensissimum habent vultures, ita ut cadaverum odorem etiam ex longinquis locis concipiant; Nam ut Bartholomæus Angelus testatur, existentes ultra mare sentiunt cadavera ex ista parte,

Ggg 2

&

Facit ad & è converso : Unde exerci-  
volare. d. tum vultur sequitur , ut homi-  
cadaver. num , & equorum cadaveribus  
ra. satietur : Qui insuper addit esse  
(secundum augures) futuri præ-  
lii præfagium , si multi vultures  
convenient , & simul circum-  
volent.

Sicut ergo vultures ad cada-  
vera eorum odore trahuntur ,  
Hug. Card sic homines duri & invidi ad in-  
hic. fortunatos aliorum casus ; Sicut  
vultures ( ait Hugo Cardinalis )

*Invidiosi & detractores.* cito sentiunt cadavera , sic detracto-  
res cito cognoscunt aliena mala , &  
non sua. Hinc ergo desolata con-  
vultures. queritur Filia Sion : Omnes in-

mici mei audierunt malum meum ,  
latati sunt , quoniam tu fecisti.

Quasi diceret , advolâsse inimi-  
cos suos ad odorem cadaverum  
suorum , sicut vultures , iisque  
quasi fuisse delectatos , utpote  
qui non suæ compati noverint  
infirmatati , sed ultricem tan-  
tùm optare divinæ Justitiæ ma-  
num , ut indiscreto zelo , modò

*Hos abominatur Ecclesia* percudere in gladio , modò  
ignem de cœlo advocare statu-  
ant , & quasi filii tonitruï nullis

compati infirmitatibus sciant ,  
percudere tantùm , vindicare ,  
& delinquentes extinguere pa-  
rati. Quam indiscretam , &  
asperam vulturum speciem e-  
tiamnum inter suos fideles de-  
plorat afflicta Ecclesia , tales ex-  
optans habere filios , qui , non  
vultures , sed gallinæ , exem-  
plo benegnissimi Salvatoris , a-

liorum portare , & supportare  
infirmatates , & fragilitatibus  
compati nossent , quod qualiter  
fieri debeat , in præsentî de-  
clarabo.

Benigno ac mansueto Pastori  
se Dei Filius comparat Luc. 15.  
qui centum habens oves , si per-  
diderit unam ex illis , vadit , per-  
currit desertum , anxîâ sollici-  
tudine quærît , donec inveniat

eam ; Et cum invenerit , nun-  
quid ira in illam excandescens  
percutit , aut ad macellum per-  
tractam jugulat ? Imò verò , im-  
ponit in humeros suos gaudens , &  
veniens domum convocat amicos , &  
vicinos dicens illis : Congratulamini  
mihî , quia inveni ovem meam , quæ  
perierat. Magnum hîc exori-  
tur dubium , & admiratio , cur  
Pastor liberè errantem , & à  
pastore petulâter aberrantem  
ovem majori prosequatur affe-  
ctûs teneritudine , quàm nona-  
ginta novem alias , quæ non er-  
rârunt ? Sed magis adhuc admi-  
ratione dignum , quòd in ipsa  
parabolæ explanatione decla-  
rat divina Sapiëntia , Quòd ita  
gaudium erit in cœlo super uno pecca-  
tore pœnitentiam agente , quàm su-  
per nonaginta novem iustis , qui non  
indigent pœnitentiâ. An ergo  
tam exiguo apud Deum loco  
iusti ? An ita de ipso bene me-  
riti , aberrantes peccatores , &  
oves , ut mereantur portari hu-  
meris , & majori foveri amoris  
affectu ?

Errantem ovem imponi hu-  
meris.

Cur errantem fovet affectus ?

Pulchrè

Pulchrè

Hug. Card  
hic.

Quia op-  
tat ea non  
perire.

Spiritum  
mansue-  
tudinis  
nos docuit  
Christus

Luc. 9. v.  
4.

Non spiri-  
tum He-  
lia.

Luc. 22.  
v. 49.  
Math. 26  
v. 52.

Pulchrè huic dubio occurrit  
Hugo Cardinalis, hanc à Chri-  
sto parabolam ad reprimendam  
Pharisæorum superbiam fuisse  
introducendam docens, qui viden-  
tes proximos errare, dedignabantur  
à via erroris eos revocare: Si enim  
pastor in tantum se humiliat, ut ovem  
errantem ad ovile dignetur redu-  
cere, inò propriis humeris reportare  
ad gregem, longè magis ipsi debent  
proximos errantes revocare, & non  
oves suas errantes optare ma-  
ctandas, & cremandas. Hoc in-  
discretionis spiritu etiam olim  
ducebantur Apostoli, qui con-  
tra Samaritanos, Christum re-  
cipere recusantes, indignari,  
dixerunt: Domine vis dicimus, ut  
ignis descendat de cælo, & consumat  
illos. Hos autem durè increpa-  
vit Magister mansuetudinis;  
Nescitis, cuius spiritus estis; Filius  
hominis non venit animas perdere,  
sed salvare. Salvari autem com-  
modiùs possunt, & emendari  
mansuetudinis spiritu, & com-  
passione, quàm furioso zelo  
Helix, qui ignem de cælo de-  
scendentem provocat in ultio-  
nem. Unde etiam Christus  
Discipulis percutiendi in gladio  
veniam rogantibus dixit: Simi-  
te usque huc. Et apud S. Mat-  
thæum: Convertite gladium tuum, in  
locum suum, omnes enim, qui ac-  
ceperint gladium, gladio peribunt.  
Gladium Phinees, & ignem He-  
lix in lege gratiæ proscribit  
Christus, non jugulando, &

cremando perdere, sed man-  
suetè, & humiliter portando, &  
supportando, oves suas erran-  
tes salvare desiderans: Neque  
indignari debent iusti, erranti-  
bus & infirmis ovibus, majora  
quàm sibi, exhiberi charitatis,  
& compassionis beneficia.

Quòd Hugo Cardinalis pul-  
chrà declarat similitudine: Sicut  
mater decem habens filios, si decimus  
agrotat, magis est sollicita de eo,  
quàm de alijs novem, non tamen plus  
illum diligit. Idèò distingue inter  
affectum charitatis, & effectum:  
Non enim de affectu charitatis est,  
quòd de agro magis est sollicita, quan-  
do maiori affectu diligit aliquos alio-  
rum; de effectu autem charitatis est.  
Quia licet aliquos aliorum maiori af-  
fectu charitatis diligit, charitas ta-  
men efficit, ut, quia hunc videt agro-  
tantem, magis de eo sit sollicita.

Ex quò patet, etiam à Pastro  
non majori charitatis af-  
fectu ovem errantem & pecca-  
tricem diligi, quàm obedi-  
entem, & iustam: esse verò de  
effectu charitatis, quòd amif-  
sam quærat, reducat, & in hu-  
meris porret, quia teste Doctore;  
Bernard Mellifluo: Meliori maior affectus  
magis indigenti, major tribuendus  
effectus, siquidem infirmi salus,  
& non interitus desideretur.

Qui aurea portat vasa, vel  
argentea, parum de illis inte-  
gris conservandis sollicitus est,  
cum enim ex solidâ sint confe-  
cta materiâ, tantam bajuli cu-  
ram

III.

Mater a-  
gro filio

Maiorem  
exhibet ef-  
fectum  
charitatis

Non affe-  
ctum.

Minor cu-  
ra in por-  
tandis va-  
sis aureis

Ggg 3

ram non requirunt; Qui autem vasa portat testea, vitrea, & fragilia, cum summo incedit timore, cura, ac sollicitudine: nam imprimis studiosè ea in cista componit, interjecto hinc inde feno, aut stramine distincta, ne invicem se offendendo lædant; Si constitutus in via vel minimum audiat in cista strepitum, mox sistit gradum, modestè deponit in terra cistam, firmat reclinatâ ad parietem, ne cadendo ruinam faciat fragili materiæ; dicooperit, inspicit, tinnitû attendit, ubinâ se invicem pulsantium vasorum periculum immineat, ad præcavendum damnum, novum rursus interponit fenum, & omnibus iterum ritè compositis, onus eadem, qua deposuit modestiâ, in humeros suscipit, omnibus semper sensibus fragili mercii & sibi invigilans, ne ipse fortè aut impingendo, aut vacillando, aut cadendo ruinæ causam præbeat, cum tamen alter vasa argentea, aut aurea portans, animosa semper securitate, & quasi incurius incedat. Ex hoc tamen nulla ratione sequitur, majorem apud homines erga testam, aut vitrum, quàm aurum, & argentum, esse affectum, his utique, magis quàm illis inhiantes, & toto mentis affectu, & ardenti amore adhaerentes, sed quoniam illa fragilia sunt, & infirma, magis indigenti major tribuendus est effectus, major sollicitudo.

Sunt homines vasa sacra, in quibus magnus divinæ gratiæ, imò ipsius sanguinis Christi thesaurus reconditur. Hæc vasa erant in primitiva Ecclesia aurea, in amore solidata, nullis cedentia casibus, aut duris martyriorum, ac tormentorum ictibus; argentea erant vasa, non tam in puritate vitæ, quàm patientia, sancti Confessores, ad duras quasuis & asperas injurias immobiles, sed; pro dolor, sicut indies inter Christianos amor, ita & tolerandi decrevit firmitas, & crevit infirmitas, augetur fragilitas: *Filij Sion inclyti, & amici auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli.* Quod etiam Doctor meus Seraphicus deplorat: *Non vasa aurea, sed quasi lutea sumus. qui tam citò per impatientiam, vel per alterius tentationis impulsu frangimur.* O bone Deus, quàm lutei, quàm vitrei sumus! Vix tangimur verbo minus honorifico, & reverentiali, & jam movemur: Vix pulsat aures vel levis injuriæ aura, & jam strepitamus, in utramque partem hinc inde strepitando in alios impingimus, patientiam & nostram, & lociorum frangimus; Ita vitrea est etiam inter amicos conjunctissimos, imò ipsos conjuges charitas, ut levi

Quam vitrea.

Tamen aurum plus amatur, quàm vitrum.

IV.

Olim Christi  
sibi vasa  
aurea.

Thren. 4  
v. 2.

Nunc lutei,  
& vitrei.

S. Bonav.  
serm. 3.  
de S. Anton. Pad.

Quis  
verbo frā  
guntur.

Quam le-  
niter por-  
tanda?

S. August  
serm. 10.  
de verb.  
Domini.

Dilaten-  
tur spatia  
charitatis

levi verbo, etiam per jocum prolato lœdatur, & rumpatur: Et ex uno verbo sæpe tantus excitatur strepitus, ut omnes per eam vicini excitati, vix componendæ, & redintegrandæ charitati, paci que sufficiant. Tam delicati & vitrei sumus, ut Majores, Superiores, & Magistratus omni suo studio sufficientem cautelam vasorum integritati conservandæ vix adhibere valeant: Et siquidem (uti in germanico nostro jactatur proverbio) quis alterum Romanusque modestissima sollicitudine ferat, & minus leniter deponat, jam totius impensi laboris, & diligentia memoria, & recognitio evanescit, & novus remurmurationis, ac indignationis strepitus exoritur, valis per impatientiam fractis, quæ vel levem portantium, aut sibi cohabitantium motum ferre non possunt. Appositè ad propositum nostrum S. Augustinus: *Sumus homines fragiles, mortales, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt invicem angustias.* Sed quid faciendum vasis istis angustiatas? An adhuc magis angustiana, & premennda? Imò verò, respondet S. Doctor, *si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia charitatis,* per compassionem scilicet, & benignam defectuum tam naturalium, quàm moralium supportationem, ad præcavendam majorem animæ ruinam.

Et hoc est, quod monet Apostolus: *Eratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Non angustiate, non confringite illum in spiritu igneo Helia, sed compassivè illum supportate in spiritu mansuetudinis Christi, qui infirmitates nostras portavit, & supportavit, *considerans teipsum ne & tu tenteris;* Non enim nos tanquam ex are fusos æstimare debemus, sed æquè fragiles & vitreos, unde ex nostra fragilitatis consideratione proximorū fragilitatibus compatiendi, eosque supportandi majorem habemus causam, adeoque concludit bene Apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi,* hoc est, (uti Cornelius ad inentem Teoph. Anselmi, & Chrysostomi exponit.) *Infirmorum mutuarum pondera ferte, & vicissim tolerando, eis compatiendo;* Idem insinuare videtur Angelicus; *Defectum alterius corporalem, seu spiritualem tolerando.*

Exemplo rem declaro: In communi conversatione sit unus, qui incultus moribus, inurbanus in verbis, & gestibus, alter modestus, morigerus, & compositus inveniatur, sed fortè loquacitate, aut affectatis verborum ornatibus, & jactantiis molestus: istius alteri gravis est curialitas, & loquacitas huic

V.  
Galat 6.  
v. 1.  
Alter alterius onera portes.  
Galat. 6.  
v. 3.  
Cornelius hic.  
S. Thom. in Epist. Pauli hic  
Quis vis suos habet Defectus.



huic molesta est alterius rustica inurbanitas : Quid his remedii? Alter alterius onera, defectus scilicet corporales, portet, hic inurbanitatem, alter excessivam civilitatem. Unus ad iracundiam promptus, subitis exardescit moribus, vivus, sensitivus; alter naturæ tetricæ, tardæ, & somnolentæ, hæc diversa genia sibi invicem sunt contraria, juxta illud Horatii:

*Humores  
sibi contra  
rij.*

*Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosum,  
Sedatum celeres; gnavumque remissi.*

Ut ergo invicem pacem conservare possint, unusquisque consideret seipsum, & alter alterius onera portet. Sic etiam inter conjuges subinde reperias uxorem, bonam quidem œconomam, in rebus domesticis, & liberis curandis sedulam, sed quæ linguam habeat præcipientem, venenatam instar serpentis: Maritus laboriosus, sed asper, & bibulus, qui dum subinde ex taberna redit temulentus, mordacibus verbis excipitur ab uxore, mordacis uxoris verba ferre non sustinet maritus, nec uxor temulentiam mariti; Quid hinc exoritur, nisi fragilium vasorum strepitus, quæ colliduntur, & franguntur invicem per impatientiam, faciunt invicem angustias. Quid remedii? Nullum, nisi ut alter alterius onera portet. Alte-

*Inter con-  
juges-*

ruer fortè est infirmus, ac debilis viribus, qui multo indiget labore, & subsidio; alter sanus quidem, sed aut piger, aut luridus, & incurius, faciunt invicem angustias; Sed si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia charitatis; Alter alterius onera portet.

Advertit tamen Angelicus VI. Doctor cit. *Sed contingit, aliquem onus alterius non portare. Et hoc, pro dolor, frequenter nimis contingit: At unde hoc? Quia se præfert alii, ait præfatus Doctor: Unde dicebat ille Luc. 18. Non sum sicut cæteri hominum, qui se meliorem cæteris hominibus judicat, & existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit, nec scit compati, (uti angelicus infert) quòd alienos, & non suos defectus consideret: Quare optimum hæc in parte remedium præscribit idem Angelicus: Remedium autem vitandi, est propriorum defectuum consideratio, hæc enim maxime alienos defectus suadebit tolerandos.*

*Alterius  
non sup-  
portat.*

*Qui pro  
prios de-  
fectus non  
considerat*

Hoc etiam confirmat Magnus Gregorius: *Considerata infirmitas propria, mala nobis excusat aliena: Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui pie meminit, quòd fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. Videas subinde aliquem ad aliorum defectus exardescere, tabescere, & ignem de cælo in vindictam provocare, nescientem infirmitati*

*S. Greg.  
S. Moral.  
c. 31.*

Mal. 118. mitati compati, quia *tabescere me fecit zelus meus*: Hic si etiam suarum meminisset infirmitatum, ardentem utique restringeret dolorem, mitiore uteretur phlegmate, dilataret spatia charitatis, & compassionis, si etiam in se digna compassione agnosceret; Alterius sustineret onera, si & sua ab aliis portanda consideraret. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Ly adimplebitis, idem secundum Expositores dicit, ac readimplete, denuo implete, vel simul ac communiter omnes implete; (uti Cornelius asserit) ut scilicet, quod alterius cho-lerâ, vel delicto diminutum fuit, in legis observatione, id aliorum farciat charitas. Sic, ut quisque, quod proximo deest in implenda lege, suppleat suâ tolerantia, & charitate, legem implendo. v. g. Qui verbis asperis, & cholericis proximum offendit, violat legem, quæ dicit, diliges proximum tuum; si proximus hoc vitium patienter ferat, condonet, compatiatur, supplebit id, in quo alter defecit, & pro eo implebit legem, quæ dicit, diliges proximum tuum. Hoc insuper medio per amoris & compassionis exemplum, humiliter, & charitative supportatus proximus, ad ovile portabitur, & à ruina conservatus, revere-

P. Franc. Josephi Op. IV.

bitur benignum suum portatorem. Quare hortatur nos Apostolus: *Debemus ergo nos firmiores, imbecillitatem aliorum supportare.*

Monet Seneca, quod societas nostra, lapidum fornicationi est simillima, quæ casura, nisi invicem obstarent; hoc ipso sustentur, quo scilicet sibi obstant, ac se invicem premunt. Ubi tamen maximè notandum in fornice, firmiores lapides, infimo loco collocari, leviores, & infirmiores loco superiori, ut scilicet illi horum pondus valeant sustentare; Firmioris enim est, infirmiore portare. Firmiores igitur ab Apostolo illi dicuntur, qui in spiritu magis fundati, radicati, & firmati sunt, tanquam lapides angulares ad portanda aliorum infirmitatum onera robustiores, quod enim fortius est, infirmius sustinere debet.

In humano corpore partes sunt Heterogenæ, & diversæ fortis; constat enim ossibus, nervis, carne, &c Caro mollis & infirma totam corporis sustinere molem non valeret, corpus enim ex sola formatum carne, haud secus subsideret, & sibi ipsi incumberet, sicut massa mollis luti; Ossa autem, quæ duriora sunt, & firmiora, sustentare carnis pondus nervis colligatum facile possunt, firmamque ac stabilem faciunt structuram.

H h h

Sic

Terminus, ut etiam nos feramus.

Cornelius hic.

Quomodo lex per hoc adimpleatur?

Rom. 15. v. 1.

VII. Seneca Epist. 95.

Communi ut sicut fornix.

Debiliores sunt sicut Caro.

*Firmi res sunt ossa.* Sic etiam in corpore mystico fidelium, membra & partes sunt valde diversæ; sunt enim aliqui molles & infirmi instar carnis, qui seipsis subsistere non possunt, aliorum subsidio indigentes: Alii firmiores sunt, sicut ossa, & hi firmiores imbecillitatem aliorum supportare debent; Quod probè insinuat

*Basiliius in pl. 33.*

*Qui alios succiunt.*

S. Basiliius: his verbis, quemadmodum ossa ingenitâ sibi vi prætereant carnis molliem suffulciunt, & pressius contrahunt; itidem sunt in Ecclesia quidam, qui possunt suâ ipsorum constanti firmitudine, debilitum sulcire, & ferre imbecillitatem.

*Cassian. coll. 11. c. 11.*

*Qui alios n. sic sup portare*

*Infirmi a rem suam prode*

*Gregor. hom. 34. in Evang.*

Ex hac supportandi firmitate, vel infirmitate, animæ virtus, & perfectio, aut imperfectio mensuratur. Optimè Cassianus: Evidens indicium est animæ necdum vitiorum facibus eliquate, in criminibus alienis, non affectu misericordiæ condolere, sed rigidam iudicantis tenere censuram... Ideoque iisdem vitis monachum subiacere certissimum est, quæ in alio, inclementi, atque inhumanâ severitate condemnat. Docet enim experientia, nullos proximis minùs scire compati, quàm illos ipsos, qui eisdem infirmitatibus sunt subjecti, & necdum in perfecta iustitia roborati; Quia vera iustitia (ait Magnus Gregorius) compassionem habet. falsa iustitia dedignationem. Quamvis & rectè iusti so-

leant peccatoribus dedignari: Sed aliud est, quod agitur typho superbiæ, aliud quod zelo discipline. Et tamen etiâ hunc disciplinæ zelû quivis etiam moderari debet spiritu mansuetudinis, considerans seipsum, qui suos etiam patitur manes, & vermiculos.

Hortatur Isaias, & animum addit: Noli timere vermis Jacob.

Quis iste vermis Jacob? Historice intelligunt Expositores de

afflictis per Assyrios Judæis, allegoricè de Apostolis. At Rupertus Abbas secretiorem hinc eruit moralitatem, dum notat Jacobum magnum Patriarcham multos filios, vnicam autem filiam genuisse, & hæc unica & sola filia fuit quasi vermis Jacob, magnis afflictionibus, & tristitiis cor ejus replens, & corrodens. Sic nimirum viri apud Deum magni, cum multas habeant virtutes, multosque filios spirituales, aliquam quasi habent filiam, id est, infirmitatem occultam, pro qua quis humiliatur coram domino, & vermis est, & Jacob.

Qui ergo hunc vermiculum rodentem sentit, & agnoscit, considerans seipsum etiam aliorum vermiculos patientius & lenius pro virtutis exercitio supportat, cum hæc eadem sit ratio, cur Deus ejusmodi filiam infirmam, & vermem, etiam in magnis suis famulis, aut famulibus relinquat.

S. Gertrudi revelavit Dominus,

S. Gertrudi revelavit Dominus,

VIII.

Isa. 41. v. 14.

Vermis Jacob fuit eius filia. Rupertus Abb. lib. 12. in Mat. tom. 3.

Infirmi nos spirituales.

minus, ac dixit. Permitto inherere  
 aliquos defectus etiā illis, qui præsent,  
 ut inde meritum congregationis au-  
 geatur. nam multò major virtus est  
 subici ei, cuius defectus cognoscitur,  
 quàm alteri, cuius opera per omnia  
 probata videntur. Ego sino Superio-  
 res habere aliquos defectus, & ex di-  
 versitate curarum quandoque macu-  
 lari, ut magis humilicentur. Sub-  
 ditarum meritum crescit tam ex de-  
 fectibus, quàm ex profectibus earum,  
 quæ præsent, & similiter meritum  
 earum, quæ bene præsent, crescit  
 tam ex defectibus, quàm profectibus  
 subditarum. Dum enim u-  
 trinque suos quisque vermicu-  
 los considerat, non tam  
 alios lenius supportabit, quàm  
 supportando meritum cumula-  
 bit.

IX. Maximè hoc supportandi, &  
 compatiendi exercitium fide-  
 libus commendat devotus Tho-  
 mas de Kempis: *Stude patiens esse,*  
*in tolerando aliorum defectus, &*  
*qualescunque infirmitates, quia &*  
*tu multa habes, quæ ab aliis oportet*  
*tolerari; Si non potes te facere, qua-*  
*lem vis, quomodo poteris alium habe-*  
*re ad tuum beneplacitum? Liben-*  
*ter volumus alios perfectos, & tamen*  
*proprios non emendamus defectus;*

Volumus, quòd alii strictè corrigantur,  
 & ipsi corrigi nolumus. Displi-  
 cet larga aliorum licentia, & tamen supporta-  
 nobis nolumus negari, quòd petimus. re in alijs.  
 .. Si essemus omnes perfecti, quid  
 tunc haberemus ab alijs pro Deo pa-  
 ti? Nunc autem Deus sic ordinavit,  
 ut discamus alter alterius onera por-  
 tare, quia nemo sine defectu, nemo  
 sine onere, nemo sibi sufficiens, nemo  
 sibi satis sapiens: Sed oportet nos invicem  
 portare, invicem consolari, in-  
 vicem adjuvare, instruere, & ad-  
 monere. Ita aliorum vermiculos  
 leniter curemus, ut quantum  
 possibile est, ab urendo, & se-  
 cando abstineamus, conside-  
 rantes nosmetipsos, quòd for-  
 tè & nobis nostri non desint  
 vermiculi Jacob.

Sic itaque supportantes invicem  
 cum charitate, & mutuò com-  
 patientes adimplebimus legem  
 Christi, & tanquàm coopera-  
 tores alienæ salutis, etiam me-  
 ritorum, & gloriæ nos parti-  
 cipes erimus, & sicut nos pro-  
 ximi, ita nostras supportare, ac  
 condonare defectus, & debitas  
 pœnas avertere etiam benignif-  
 simus Deus dignabitur,  
 Amen.





## DISCVRSVS L.

Schin.

Audierunt, quia ingemisco ego, & non est, qui consoletur me... Adduxisti Diem Consolationis. *Thren. 1. v. 21.*

## DE ANIMA.

*Magna Animæ pœnitenti consolatio est, quòd Deus misericors, quantumvis enormibus peccatoribus veniam & misericordiam exhibere paratissimus est.*

I.

**A**udierunt, quia ingemisco ego; Nempe inimici animæ peccatricis, audierunt gemitus, & afflictionem illius: Audierunt malum meum, & lætati sunt, eò quòd afflictæ animæ nulla auxilii, aut consolationis spes affulgeat. Prout hunc locum explicat de anima S. Hieronymus: *anxianti animæ, & laboribus afflictæ, hoc videtur esse augmentum doloris quòd ille, in quo spem habuit consolationis, dffert opem afferre solatiu. Nec non & hoc maxime illi dolorem ingerit, quod eam inimici derident, quasi spe frustrata, à Domino suo hanc haberet calumniam.*

*Sed hanc inimicorum insul-*

*tantium fraudem attendere non debet anima pœnitens, quæ modò inordinatâ, & præsumptuosâ nimis spe, modò desperatione in peccata ab hostibus præcipitatur. Nam ut (bene monet S. Augustinus) ex demonum instigatione anima, desperat, ut peccet; sperat ut peccet. Sperat, ubi desperandum foret, desperat, de quo foret sperandum. Vtrumque (ait præfatus Doctor) metuendum est, utrumque periculosum: Va à desperatione, va à perversa spe. Perversa spes illorum est, qui de die in diem pœnitentiam procrastinantes, semper pœnitentiæ tempus & locum sibi abundanter*

S Hieron.  
hic,

Quia mala  
p. 10

S August  
p'al. 144  
v. 8.

*Qua ma-  
la despera  
1107*  
ter superesse sperant. Perver-  
sa desperatio eorum est, qui  
tanta sua credunt esse peccata,  
ut de Dei misericordia (insti-  
gante fraudulenter inimico)  
diffidant, atque desperent: non  
est, qui co: soletur me, &c. Sed no-  
verint isti, & consolentur, quo-  
niam miserator, & misericors Do-  
minus, patiens, & multum miseri-  
cors: Suavis Dominus universis, &  
miserationes eius super omnia opera  
eius.

Mal. 144  
p. 6.

*Institiam  
Deus irri-  
tatus ex-  
ercet.*

*S. Bern.  
serm. 1. i  
gil Nativ  
Dni.*

*Misericor-  
diam ex  
seipso.*

Isa. c. 11.  
v. 5.

II. Negari quidem non potest,  
omnia Attributa æqualiter esse  
in Deo, quæ nullatenus realiter,  
imò neque actualiter formaliter  
ab invicem distinguntur: æquè  
enim in illo est Justitia, ac  
Misericordia, & æquè justus  
est Deus ac misericors, at-  
amen ad extra vario modo hæc  
duo attributa in homines exer-  
centur. Justitiam enim, puni-  
turus, non nisi justè peccatis  
nostris irritatus exercet, quod  
pulchrè Doctor mellissus de-  
clarat: *Ex se enim sumit materiam,  
& velut quoddam seminarium mi-  
serendi, miserendi causam, & origi-  
nem sumit ex proprio, judicandi, &  
ulciscendi, magis ex nostro.*

Unde etiam in sacra Scriptu-  
ra multoties justitia Deo per  
modum adjacentis tantum tri-  
buitur, & comparatur, quia  
materiam ulciscendi sumit ab  
extrinseco; Sic Isaias vocat ju-  
stitiam, *Cingulum lumborum eius;*  
Et rursus: *inventus est iustus, ut*

*loricâ, indutus est vestimentis ultionis, Isa. 59. v.  
& opertus est quasi palatio zeli. Mi-  
sericordia verò, ipsis quasi præ-  
cordiis, & visceribus Dei in-  
hærens describitur: Per viscera  
misericordie: Et Isaias exclamat:  
Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua?  
multitudo viscerum tuorum, hoc est  
(notat Cornelius) ut explicans  
subdit, miseracionum tuarum. Mi-  
sericordia enim ipsum cor di-  
vinum, tanquam miserendi se-  
minarium attingit.*

Advertit S. noster Antonius  
Paduanus, quòd appellata miseri-  
cordia, eò quòd Cor miserum faciat,  
dolendo alienam miseriam. In Deo  
verò, sine cordis miseria est miseri-  
cordia, sine passione, & compas-  
sione. Ut autem in Deo  
plena inveniretur, & compas-  
sivè misericordia, debuit per om-  
nia fratribus similari, ut misericors  
fieret, assumendo scilicet huma-  
næ naturæ infirmitates, & mi-  
serias, ut sic verè nobis compa-  
ti, & corde misero, ac compas-  
sione vulnerato, se misericor-  
dem per omnia exhibere nobis  
posset.

Hinc ergo Dei Filius de cælo  
ad terram descendit, ut corde  
misero patiens, & compatiens  
perditæ centesimæ oviculæ, hu-  
manæ naturæ, eam quæreret,  
quæstram inveniret, inventam  
humeris imponeret. Hic ille,  
Pater misericors, qui vagabun-  
dum & prodigum filium, rede-  
ntem amplectens, viscera mi-  
seri-

Luc. 1. v.  
78.  
Isa. 63. v.  
15.

S. Anton.  
ad Dom.  
4. Trinit.

Hebr. 2.  
v. 17.

Misericor-  
dia à cor-  
de misero  
sic dicta.

Hh h ;

*Confiden-  
tia Dei er-  
ga pecca-  
tores.*  
sericordiae illi exhibet, in col-  
lum procumbens, peccata tegit,  
novam gratiam stolam vestit, & an-  
nulo fidei, & charitatis rursus  
sibi devincit, omni abolitam prio-  
ris offensam, & injuriam memo-  
riam. Nam uti illuminatus Ioan.

*Ioann.  
Thaul.  
Instit. c. 1*  
Thaulerius testatur; Deinceps in-  
ter Deum, & huiusmodi poeniten-  
tiam peccatorem tam perfecta subori-  
tur fidelitas, ac si peccata commissa  
non essent, tamque bonus, & super  
omnem estimationem pius est Domi-  
nus, ut, quae semel condonavit, nun-  
quam ei impropere, nec ullum pro-  
pter ea dispendium, sive poenam, eum  
sustinere velit.

III. Ubi etiam de benigno Patre,

*Petr Chry-  
sol. serm.  
3-*  
prodigum filium recipiente, ac-  
curate observat Petrus Chry-  
sologus. Huic enim ille, non di-  
xit, unde venis? Fuiisti ubi? Vbi sunt,  
quae tulisti? Quare tantam gloriam  
tantam turpitudine commutasti? Vi-  
deris, quia delicta non videt vis amo-  
ris, tardam misericordiam Pater nes-  
cit; delicta qui discutit, prodit. Ul-  
terius si benignissimi Dei ac  
Patris nostri clementiam agnos-  
cere velis, audi adhuc facundem  
eam depradicans aureum elo-  
quentiae flumem. Sic Pater iudicat sic  
emendat, sic peccanti filio dat oscula,  
non flagella. Delicta non videt vis  
amoris; & ideo Pater peccata filii  
redemit osculo, claudit amplexu, ne  
nudaret pater filii crimina. Nec  
tibi molesta sint, benigne le-  
ctor, longiora, & ponderosa,  
sed aurea verba Antistitis Ra-

*Pater non  
exprobra-  
t filio proxi-  
mo.*

venatis, quibus demum nos hor-  
tatur. *Hic auditu adhuc moramur?  
Adhuc non redimus ad Patrem? Quae  
hinc excusationis occasio? Hic simula-  
tio quae tibi mori? Nisi forte timetur  
occursum? Terres osculum? deturbat  
amplexus? Claudis gremio. Ligat  
lacertis.* O verum diem consolati-  
onis, quam animam afflicta ex-  
pullis peccatorum tenebris in-  
duxit Deus misericors: Haec est  
dies, quam fecit Dominus. *Con-  
fiteri Domino quoniam bonus, quo-  
niam in saeculum misericordia eius.*

IV. Crescit misericordia ex mi-  
seria patientis, & ex miseria  
cordis compatientis, quod com-  
patiendo, non se vinci sustinet  
patiando, concertans, & com-  
patiens cum patiente, non tam  
compassionis affectu, quam re-  
mediorum effectu. *Christus  
Samaritanus.* Perfectum  
hunc compassivam, & curativam  
misericordiam affectum, & ef-  
fectum exhibuerat Samaritanus  
ille benignissimus, qui Jerusa-  
lem inter & Jericho vulnera-  
tum hominem, a Levitis, &  
Sacerdotibus praetereuntibus  
neglectum videns, *misericor-  
diam motus est, & appropians  
alligavit vulnera eius, infundens  
oleum & vinum, & ponens illum in  
iumentum suum, duxit in stabulum,  
& curam eius egit.* *Luc. 10.  
v. 33.* Quis iste Sa-  
maritanus misericors, nisi Cae-  
lestis Medicus Christus JESUS?  
qui vulneratum compatienter  
respicit, nec praeterit peccato-  
rem, ab omnibus, etiam ipso  
mundo

mundo, cui servierat, neglecta; alligat vulnera, peccata dimittendo, infundit oleum, spem beatitudinis aeternae, vel oleum infundit, gratiam conferendo, & vinum, spiritualem letitiam conferendo, exponit Hugo Cardinalis; Infuper vulneratum, super jumentum suum imponit, id est, super carnem suam propriam vulnera nostra pertulit, id est, poenam pro peccatis. Considerat Drogon Cardinalis, quibusnam fasciis, & linteaminibus caelestis ille, & misericors Samaritanus vulnera nostra alliget, & alia non videt, quam conscissae, & laceratae carnis suae vulnera, Hec sunt linteamina (ait ipse) mundissima carnis tuae, quibus vulnera mea alligasti, o Samaritane misericors, quoniam verè languores nostros ipse tulisti, & labores nostros ipse portasti, cuius livore sanati sumus. Livores hujus Samaritani, sunt emplastra vulnerata, & poenitentis animae; Languores illius, sunt hujus confortativae medicinae, vulneratae carnis vulnera, sunt hujus ligamina, oleum & vinum, & unguenta curativa, ebulliens ex aperto latere Crucifixi sanguis. Ut ergo anima peccatis lethalibus vulnerata curetur, & pristinum Sponsae candorem & decorem recuperet, applicari sibi patiatur à caelesti Samaritano Sanguinem sacratissimum, nam (teste meo Doctore Sera-

phico) Sanguis Christi ornat genas eius, ut Christi formam sit pura Christi sponsa. Ut autem plenam recipiat sanitatem anima peccatrix, applicat cor suum (ait Seraphicus) vulneribus sponsi, perligat, & signat indissolubili vinculo charitatis, & sic colligatur vulnerata sponsa, cum vulnerato sponso, & vulnus vulneri copulatur. Emanat sponsi sanguis in vulnera sponsae, & ipsa deficit dolore, amore liquefcit, ibique requiescit. O Seraphica, & digna Seraphico Doctore verba! O magna humani generis vulnera, sed majora caelestis Samaritani medicamenta! Quae vulnera, quae infirmitates tam graves, quae sanguinis divini applicatione nequeant sanari? Currite gentes undiq; festinate aegri, appropinquate infirmi, demittite de tectis languidos; nullum languoris diurnitas, nullum infirmitatis gravitas, nullum plagae horribilitas, nullum absterreat peccatorum enormitas desperata. Periculosus aeger, obstinata pressus infirmitate, erat Saulus spirans minarum ac cadu, ebulliebat ex ore, & naribus sanguis, fremebat quasi phræneticus; tam desperatus Ananiae hic videbatur infirmus, ut de ipsius salute nec minimam spem conciperet, medicam ab illo manum aversurus. Domine audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecit sanctus tuis in Ierusalem. Despe-

Hug. Card  
 uic.  
 Vulnerib  
 suis alli  
 gat n. st  
 im plagas

Drogon  
 Cardin.

Sanguine  
 nostris in  
 stillas pla  
 gas

S. Bonav.  
 tim. amo  
 ris p. i. c.  
 Anima  
 poenitens  
 applicet  
 se ad vul  
 nera Chri  
 sti.

V.

Saulus a  
 ger de spe  
 ratus  
 Act. 9. v.



Desperaverat penitus de salute Saulis Ananias: sed facturus artis suæ periculum cœlestis Samaritanus, totique mundo specimen daturus efficacissimæ suæ misericordiæ, tam perfectè, tam solidè, tam constanter desperatum hunc sanavit ægrum, Saulum, ut ne cicatricis quidem relictis vestigiis, nec in firmitatum reliquiis, tam perfecta posthac gauderet sanitate, ut totum posthac peragrando orbem, salutem ipse operaretur in universis gentibus, ex magno & desperato infirmo, magnus & famosissimus effectus medicus & Doctor Gentium. Contemplatur seriò hanc desperati infirmi felicem curam Augustinus, etiam de sua salute jam majorem, imò certam spem concipiens. Si Saulus sanatus, ego quare despero? Si à tanto medico tam desperatus æger sanatus est, ego vulneribus meis manus illas non aptabo? Ad illas manus non festinabo? Ut hoc dicerent homines, ideò factus est Saulus de persecutore Apostolus. Nec mirum videatur, desperati hujus ægri curam Christum statim in primitiva suscepisse Ecclesia, ad faciendam sibi auctoritatem, & alliciendos ad curam ægros. Ita Augustinus: Quia cum venit Medicus volens sibi famam comparare, infirmum quærit aliquem desperatum, & ipsum sanat; & si pauperimum inveniat, non sibi quærit mer-

cedem, sed commendat artem; Ita etiam Christus, specialis medicinæ potentiam ostendit, in sanando Saulo, ut omnes deinceps nossent, se sanare posse cunctas infirmitates omnium confugientium ad se.

Non mercedem artis suæ quærit hic Samaritanus, sed gratis omnia, & ex amore liberaliter impertitur. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam: Medicus suum elargitur sanguinem liberaliter, tantum, ut magnam sibi comparet famam, famam comparare gestit, ut magnum habeat concursum, quærit non pro suo lucro, sed animarum salute, quam unus de alterius potest sperare convalescentia. Hinc egregiè ad propositum nostrum Theodoretus: Quemadmodum Medicus, cum in una domo multi simul ægrotant, & omnes de salute desperant, si unum ad perfectam sanitatem adduxerit, fecit, ut alii omnes bono sint animo, & fiduciam concipiant; ita Dominus Christus, animarum Medicus, cum factus esset homo pro salute peccatorum, Saulum Ecclesie persecutorem iniquissimum, non solum à prioribus liberavit maculis, sed maxime etiam domus cumulavit, & exornavit.

Magna in porticu hujus mundi jacebat multitudo languentium, aridorum, cæcorum, claudorum, qui omnes de salute sua desperati apud Ezechielem conclamabant: Iniquitates nostræ,

Sanatur à Christo.

Ut alij nõ desperent

S. August. term. 9. de Verb. Apost.

Medicus ex se vult sibi comparare famam

VI.

Cant. 8. v. 7.

Gratia curat.

Theod. in 1. Timoth. c. 1.

Ezech. 13. v. 10.

nostra, & peccata nostra super nos sunt, & in istis nos tabescimus, quomodo ergo vivere poterimus? Sed non vult de sua salute desperare hos ægros Dominus, sed mandat Prophetæ, ut vadat, & salutem eis annuntiet: Dic ad eos: Vivo ego, dicit Dominus Deus; Per vitam suam Deus jurat: Nolo mortem impii, sed ut convertatur à via sua, & vivat. Convertimini, convertimini à viis vestris pessimis, & quare moriemini domus Israel. Ut autem majorem haberemus fiduciam experimentalem, statim in principio primitivæ Ecclesiæ Deus desperatum, omnium judicio, Saulum sanavit, qui suo exemplo omnes in spe peccatores, confirmaret; Dic ad eos: Vivo ego dicit Dominus, nolo mortem peccatorum, quorum primus, & desperatissimus ego fui: Convertimini convertimini, quare moriemini in peccatis vestris? Quò peccatum gravius, quo vulnus periculosius, quo infirmitas major, tantò majori ad cœlestem medicum confidentiâ properate.

VII. Gravi vulnere, & infirmitate percussus fuerat David, in adulterium, & de adulterio præcipitatus in homicidium, cum magno populi scandalo, jam enim tabes hæc mortifera graviter olere cœperat in universo populo. Magna plaga, magna infirmitas. Tamen spe plenus ad cœlestem Medicum, Franc. Josephi Op. IV.

Annun-  
tari mi se  
riord: am  
quam sibi  
que inbet.

cum recurrit, misericordiam ejus implorans: Propitiaberis peccato meo, multum est enim: S. Hieronymus ex Hebræo legit: Grande est enim.

Sed qualis hic, ô Prophetæ regie, & deprecandi Deum, rogandi veniam, & misericordiam implorandi modus, & prætextus? Si quis è subditis tuis malefactor ad judicis tribunal ductus, deprecaretur veniam de commisso delicto, ac pro veniæ motivo adjiceret, Multum, & grande est enim. Nonne contra ipsum exardescens illi objiceres: Serve nequam, ex ore tuo te judico. Si enim multum, si grande est peccatum tuum, non veniam, sed pœnam, & supplicium tuomet judicio, & confessione mereris. Quin potius, si veniam speras impetrandam, excusa, diminue delictum; Non multum, non grande est enim.

His non movetur David, sed fateri pergit, & veniam rogare de peccato suo, multo, & grandi nimis: Scit enim Deum animarum esse medicum, qui de magnis curandis agrorû vulneribus & infirmitatibus, magnum sibi quærat comparare misericordiæ nomen; hinc infirmitatem, hinc vulnus suum exaggerat, multum, grande est enim; Propter nomen tuum, propitiaberis peccato meo, id est, (exponit Hugo) propter bonitatem tuam, qua

psal. 24.  
v. 11.

Allegat  
gravita-  
tem sui  
peccati.

Ad impe-  
trandam  
miseri-  
cordiam.

Quia De-  
us magis  
quærit mi-  
sericordiæ  
nomen.  
Hug. Card  
hic.

quã es nominabilis, & adhuc magis fieri nominabilis desideras, propitiaberis peccato meo, hic enim magnum tibi benignitatis nomen comparare potes in condonando peccato meo, multum est enim, grande est enim: Si ergo propitius esse nolis propter indigentiam meam, propitiare saltem propter nomen tuum. *Mirifica misericordias tuas, id est, miras fac, ne vilescant, ait prafatus Expositor: In magno autem, & multo delicto, maximè mirificare misericordiam potes, unde propitiandũ te spero mihi pro peccato meo multo, & grandi, propter nomen tuum, decet enim tuum nomen*

Pfal. 16.  
v. 8.

Hugo hic

Cajetanus

VIII.

*Vt iustificetur in sermonibus suis.*  
1 sal. 50.  
v. 5.

(uti Cajetanus exponit) magna facere, & illud magnificare ex conditione magni sceleris.

Magna aggravanda injuriæ circumstantia est, personæ læsæ dignitas, unde de verbis injuriosè effusis accusatus, studet, ut talia in ipsam judicis, aut Regis personam effusa, piã interpretatione intelligantur. Sed ipse David, fatetur ingenuè, peccata, & injurias à se directè, & ex industria in majestatis divinæ celsitudinem fuisse effusas; *Tibi soli peccavi, te, te, & Deus meus, offendere intendi, & malum coram te feci; Veniam tamen nequaquam desperans subnectit: Vt iustificeris in sermonibus tuis, quibus peccatoribus penitentibus veniam promissit;* ( juxta

Hugonis expositionem, ) dicebant enim, quod tantum peccaverat David, quod Deus ei non remitte-  
*Major est Christi pietas, quam quævis iniquitas. Veniã ergo impetratã David toti mundo magnum Dei misericordis nomen, & miras ejus misericordias depradicavit: quoniam miserator & misericors Dominus, patiens, & multũ misericors: Suavis Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus. Estq; major illius pietas, quam quævis iniquitas, & quidem sine ulla comparatione.*

Quid guttã aquæ, aut scintilla ignis cum immenso mari? Nunquid scintilla ignis, immenso mari injecta, illud siccat? Affirmare non veretur B. Albertus Magnus, quod tanta est divina misericordia, quod respectu ejus omnia peccata hominum, quantacunque sint, vel qualiacunque, sunt quasi scintilla in medio mari, & hoc spem debet facere homini penitenti. Quoniam miserationes ejus super omnia opera ejus.

Dic obsecro, peccatrix anima, de benignitate Dei, & venia diffidens, quid sunt peccata tua? Nonne vincula, funes? Funes peccatorum circumplexi sunt me. An fortè funibus hisce rumpendis imparem Deum putas, qui & Samsoni vires subministravit rumpendi, tanquã fila

fila tenuissima, funes grossis-  
simos? *Quid est peccatum*, (quarit  
Chrysoftomus) si cum Dei be-  
nignitate conferatur? Tibi, tuisq;  
(ô peccatrix anima) viribus,  
peccatum funes, vincula, &  
catenas ferreas esse concesserim,  
sed cum benignitate Dei comparatum,  
aranea tela, ait Chrysoftomus,  
ventus flet, & aranea telam dirumpit.  
Quâ violentiâ opus in rumpenda  
aranea tela? Nonne levi vento,  
& tactu rumpitur? Connette  
omnia filiorum. Ad peccata, fac  
ex eis catenas, & funem in-  
usitatae magnitudinis, & robo-  
ris: quid omnia hæc comparata  
divinæ misericordiae, quàm te-  
la aranea? *Adducet urentem ven-  
tum Dominus*, & omnes aranea-  
rum texturas in ictu oculi con-  
sumet.

farum sacrificiis, & officio di-  
vino legendum proponatur, &  
quæ obsecro, hujus ratio? An  
non alia æquè Evangelia sancta?  
An non alia æquè Epistolæ sa-  
lubres, an non alia æquè cantica  
salubria? Respondet de istis  
Innocentius Papa tertius: *Episto-  
la Pauli, & Psalmi David præ cate-  
ris scripturis in Ecclesia frequentan-  
tur, ut cum peccatores audierunt,  
Paulum blasphemum, Apostolum, &  
David adulterum & homicidam, esse  
factum Prophetam, confidant, per  
Dei misericordiam, non solum ve-  
niam promereri, sed etiam gloriam  
adipsi.*

Innoc. 3.  
serm. 1. de  
Convers.  
S. Pauli.  
Pauli E-  
pistola &  
Davidis  
psalmi  
cur crebro  
legantur?

Erit fortè, qui dicat, nimità me  
spe misericordiae lactantem pec-  
catores, ad peccandum magis  
viam aperire, & aniam pecca-  
tis præbere. Sed cum S. Chry-  
softomo respondeo: *Hæc dico,*  
non vos alliciens ad peccandum, sed  
peccatores ad pœnitentiam provo-  
cans; Et illos cum Isaia invi-  
tans: *Derelinquat impius viam su-  
am, & vir iniquus cogitationes suas,  
& revertatur ad Dominum, & mi-  
seretur eius, quoniam multus est ad  
ignoscendum.*

lo. Chry-  
hom. 6.  
pœnit.

Isa. 55. 7.

Præclare ad hunc passum S.  
Fulgentius: *In hoc multo, nihil  
desit: in quo est omnipotens misericor-  
diæ, & omnipotenti, misericors est:  
tanta est autem & benignitas omni-  
potentiæ, & omnipotentia benignita-  
tis in Deo, ut nihil sit, quod nolit,  
aut non possit relaxare* *Converso, dia Dei  
Adeoque qui magnitudine mi-  
seri-*

X.  
S. Fulgen-  
Epist. 7.  
ad Venan-  
tiam. c. 4.  
Misericor-  
omnipotēs

Chryf.

Deo fa-  
cile rum-  
pantur.

Offic. 13.

IX.

lo. Thaul-  
linit c. 1.

Deus sicut  
ignis

Consumit  
omnia pec-  
cata.

Idem c. 3. misericordiae, superari posse peccata hominum negaret, Deum suam privare omnipotentiam, & sapientiam praesumeret. Quare rursus egregie S. Fulgentius insinuat: Si peritus est medicus noster, omnes potest infirmitates sanare; Si misericors est Deus noster, universa potest peccata dimittere. Non est perfecta bonitas, a qua non omnis malitia vincitur: Nec est perfecta medicina, cui morbus aliquis incurabilis invenitur, scriptum vero tenetur in libris sacris: Sapientiam autem non vincit malitia; & psal. 102. Benedic anima mea Domino, &c. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Medicus enim noster omnipotens est, non tantum agros curare, sed & mortuos valens suscitare, Deum noster, Deum salvos facienti. Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Non est ergo, quod vereatur accedere

Dei bonitas omnia vincit mala.

Psal. 67. v. 21.

ad tribunal misericordiae anima poenitens, non est, quod in vagina clementiae, reconditum suspicetur iustitiae gladium: Non enim cogitationes meae, cogitationes vestrae; Quae sunt de vindicta (glossatur Hugo) meae autem de venia.

Esse vult  
tingit  
hic.

Gratuletur ergo sibi peccator (si ita loqui licet) quod tantum, & tam potentem offendit Deum, qui superari eius offensionibus non possit, tam bonum, cuius bonitas a nostra vinci malitia nequeat, tam clementem, ut abscondere in iustitia misericordiam, & oblivisci veniam non sustineat. Ad hunc itaque curamus & recurramus supplices, non ad peccandum animati, sed ad poenitendum, & deprecandum invitati. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius, Amen.



DISCUR-